



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvum Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

35 Beneficium simplex parochialis, per promotionem possessoris ad eam non vacat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13903**



## DECISIO XXVII.

Ex conf. 27. alias 13.

27 **B**eneficium omne simplex sufficiens, cum alio quocumque etiam simplici, & paruo, quoad ipsum qui habet illud incompatible est, ex Cōc. Trid. sess. 24. c. 17. de ref. & peccat mortaliter vtrumque retinens, Glo. recept. in c. dudum 2. de elect. non tamen vacat primum ipso iure per ascensionem alterius incompatibilis, nisi sit vniforme sub eodem tecto c. literas de concess. præb. & cle. fin. de præb. cogi tamen potest per sententiam alterum eorum relinquere.

## DECISIO XXVIII.

Ex conf. 27. alias 15.

28 **C**um omne beneficium ecclesiasticum habens iurisdictionem spiritualem in foro interiori, vel exteriori sit & vere dicatur beneficium curatum, c. dudum 2. de elect. & dignitas ex Inn. & Pan. in c. de multa, de præb. consequenter habens duas abbatias exemptas, & talem iurisdictionem habentes, beneficia habet incompatibilia, (licet non habeant parochias) & residentiam personalem requirunt; cum omne beneficium curatum, & etiam non curatum, si sit regulare, vt sunt Abbatie Monachorum nigrorum residentiam personalem requirunt; Clemen. Ne in agro, §. cæterum, & §. sanè. Ne cler. vel monac. Fel. in cap. cum omnes, de constit. Et sub dispositione Concilij Tridentini sess. 24. c. 17. de reform. quoad partem illam, qua disponit, ne cui in posterum plura beneficia conferantur, & etiam quoad partem illam qua vetat, ne habenti vnum beneficium, sibi non sufficiens, prouideri possit de beneficio personalem residentiam requirente, comprehenduntur.

## DECISIO XXIX.

Ex conf. 28. alias 23.

29 **H**abens beneficium simplex, seu præbendam in aliqua ecclesia, & postea adeptus rectoriam alterius ecclesie, cui annexum est aliud beneficium simplex ecclesie primo dictæ, vtrumque sine Papæ dispensatione retinere non potest; Cum iura c. literas de concess. præb. & c. constitutus de refer. & c. cum multa, de constit. vbi que habentes duas præbendas in eadem ecclesia detinentur, etiam si alterum illarum haberet per annexionem ad dignitatem, quam habet, & prior ipso iure per ademptionem secunda vacare censetur.

## DECISIO XXX.

Ex conf. 29. alias 24.

30 **C**anonatus, & dignitas etiam prima post Pontificalem post Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 12. de ref. in diuersis ecclesijs, eo quod residentiam personalem requirant, & vnus in diuersis ecclesijs residere non potest, incompatibiles sunt quoad retentionem, ita scilicet, quod licet ipso iure non vacet vnum ademptione alterius, tenetur tamen illorum quod maluerit relinquere; c. Præterea, de præben. In eadem vero ecclesia, etiam post dictum Concilium, non sunt incompatibiles, sed vtrumque sine vlla Papæ vel Episcopi dispensatione retineri potest. Nec ea incompatibilia reddit necessitas residendi, quia cum in eadem ecclesia consistant, potest quis in vtroque residere; Nec duo beneficia difformia eiusdem ecclesie sibi aliqui non repugnantia, vnquam incompatibilia fuerunt; Sin vero sibi ipsis essent repugnantia, ex eo nimirum quod incumberet aliquod onus faciendum eodem tempore, quo aliud illi repugnans incumberet alteri, vti que incompatibilia censenda erunt, arg. l. vbi repugnantia, ff. de regu. iur. & c. sollicitudinem, de appell. Omnia vero beneficia vniformia in vna ecclesia, seu sub eodem tecto, etiam si sint simplicia, aut duo Canonatus, aut duæ dignitates, aut duæ præbende, aut duo personatus, aut etiam duæ pensiones eiusdem speciei, ita incompatibilia sunt, vt ipso iure primum ademptione secundi vacare censetur, cap. literas, de concess. præb. c. si. de præb.

## DECISIO XXXI.

Ex conf. 30. alias 28.

31 **B**eneficium commendatum per cessationem Commendatæ, proprie non vacat, sed vacat vt prius ante commendam, & proinde manet affectum, & reservatum, ac manebat quando erat commendatum Gomez. de iuris. resig. q. 13. & de impet. benef. fam. q. 5.

## DECISIO XXXII.

32 **Q**uamuis nemo plura beneficia in titulum habere potest, 21. q. 1. per totam. vnus tamen & idem vnum beneficium in titulum, & alterum in commendam habere potest, eo quod commenda proprie non dat titulum cap. qui duas, & c. relat. 21. q. 1. c. nemo deinceps, de elect. in 6.

## DECISIO XXXIII.

Ex conf. 31. alias 14.

33 **L**icet pacifica possessio requiratur ad hoc, vt vacet alterum incompatible, non tamen illa sufficit, sed necessaria est adeptio tituli, ratione cuius illa fuit accepta: vnde si quis post obtentum vnum pacificum, vel litigiosum obtineat possessionem alterius incompatible, eo quod iuste putabat esse sibi ius in eo, quæsitum, & vere non erat non vacabit prius, immo ad illud sine alio nouo titulo redire poterit, c. si beneficia, de præb. in 6.

## DECISIO XXXIV.

34 **S**icut beneficium incompatible prius obtentum, non habita pacifica possessio, si non sit in culpa habendi eam, nec per ipsum stetit quominus eam haberet non vacat per obtentionem alterius litigiosi, Ita beneficium incompatible litigiosum secundo adeptum, per possessionem pacificam de primo postea secutam, ipso iure vacare non censetur.

## DECISIO XXXV.

Ex conf. 32. alias 18.

35 **B**eneficium simplex ecclesie parochialis per ascensionem pacificam & promotionem possessoris ad ecclesiam parochialem ipso iure non vacat: immo aut vt consuetudinis, aut statuti, aut episcopi dispensatione vtrumque obtineri potest; licet enim duo beneficia vniformia sub eodem tecto incompatibilia sunt, vt per ademptionem alterius alterum vacet; c. literas, de concess. præben. clem. fina. de præb. duo tamen beneficia difformia, qualia sunt ecclesia parochialis, & beneficium simplex illius, compatible sunt, & simul obtineri possunt, gl. in c. 1. de consuetud. in 6. lo. Andr. in d. c. literas.

## DECISIO XXXVI.

36 **H**abens facultatem conferendi beneficia simplicia ecclesie sue perinde potest conferre beneficium, quod vacat per suam renunciationem, priuationem, vel promotionem ad ipsam ecclesiam, ac alia vacantia per mortuum, & renunciationem, ac priuationem aliorum.

## TITVLVS XXXVII.

Ex conf. 33. alias 26.

37 **C**lausula illa *Dummodo non sint plura.* quam Datus imponere solet in dispensatione, qua Papa dispensat ad sacros ordines, & beneficia cum illegitimis dispensatis ab episcopo ad quatuor minores, & vnus simplex; hoc operatur, quod qui absque illa non poterat obtinere nisi vnum simplex; & primum, quod sibi conferetur: virtute huius obtinere poterit, & retinere quodeunque maluerit, modo duo simul non retineat.

## DECISIO XXXVIII.

Ex conf. 34. alias 17.

38 **B**eneficium simplex per alterius incompatible, curatum, seu difformis etiam sub eodem tecto, vel alterius etiam simplicis & vniformis ascensionem, modo eo sit sub eodem tecto, ex eo, quod vtrumque personalem residentiam requirat, aut quia primum sit per se sufficiens vltimo in.